Quelle: https://manuscripta.at/?ID=832
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



54

... suo robore duraturis Et ut huius sancte constitucionis cuius memoria habeat[ur] et ne quisquam ipsius ignorancia excusari possit iubet hec sacra Synodus vt per singulas cathedrales et collegiatas ecclesias aliasque pias locorum quibus videritis expedire fidelium concursus semel in anno admoneri faciat diua promulgari. Datum in Sessione publica ipsius sacre Synodi in ecclesia Basilien[si] solempniter celebrata vij videlicet Septembris Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo primo Indicione tercia

Sessio Vicesima Basilien[sis] Concilij celebrata xxij Januarij Anno xxxv°

Sacrosancta generalis Basilien[sis] Synodus vniuersalem ecclesiam militantem sub Christi nomine congregata ad laudem omnipotentis dei et fidei orthodoxe exaltacionem ac errorum et hereticorum extirpacionem ... [illegible] ... ecclesiastici status conducens religionis dignitatis ecclesiarum cathedralium vel aliarum preeminencie quisquis qui post huius constitucionis noticiam quam habere presumat[ur] per duos menses post publicacionem eiusdem in ecclesiis cathedralibus quas ipsi diocesani omnino facere teneantur postquam eadem constitucio ad eorum noticiam peruenerit fuerit publicata concubinarius a percepcione fructuum omnium suorum beneficiorum trium mensium spacio sit ipso facto suspensus quas suus superior in fabricam vel aliam eiusdem ecclesie vtilitatem eorumque horum fructuum percepcione conuertat Nouo et huius publici concubinatus vicio primum talem admonuerit monere teneatur vt infra breuissimum terminum concubinam dimittat quod si non dimiserit vel dimissam aut aliam publice scandalizauerit iubet hec sacra Synodus vt ipsum omnibus beneficiis omnino priuet et inhabilem huius publici concubinatus vicium in eis per suos superiores post predictam concubinatus dimissionem manifestandum vite dispensatorum fuit dispensando ad suscipiendum quoscunque honores dignitates beneficia vel officia fuerint habiles quod si post dispensacionem veridicum vanitis ad huius publici concubinatus vicium redierint sine sue alicuius dispensacionis ad premissa prefatis habilibus existant quod si huiusmodi admonicionem tercio premissum eos ut premittitur est punire negligerint eorum superiores tam in illos de negligencia quam in illas de concubinatu huiusmodi omnibus debitis penis animaduertant In ciuitatibus eciam prouincialibus et Synodalibus aduersus tales punire negligentes vel dehinc crimine diffamatos eos per suspensionem et collacionem beneficiorum vel alia condigna pena sacrosancta predicta vt si hii quorum destitutus ad summum pontificem recurrant per canonica priuilegia aut suos superiores propter publicum concubinatus vicium priuacionis degradacionis sentencie nec presumpcionem inquisicionem ipsi summo pontifici deferantur Eadem diligencia et requisicionibus quibuscunque